

temporibus actitantur, ne post futurorum noticie subtrahantur, scriptis commendare provida suadet ratio et utilitatis deposcit commoditas. Ideoque notum esse cupimus omnibus tam presentibus quam futuris, qualiter Hermannus Thuringie langravius cum uxore sua Sophia ius patronatus, quod in ecclesia Breitingen habuit, indisscisum et indivisum 5 totaliter ecclesie Hersfeldensi contulit pie recordationis domino abbate Hersfeldense Sigefrido antecessore nostro promovente et operam plurimam inpendente. Cum vero bone memorie Waltherus abbas illius temporis in Breitingen nostris temporibus nature debitum exsolvisset, inter nostram et Breitingensem ecclesiam de eligendo abbate facta fuit concertacio, eis dicentibus totam penes se esse abbatis sui electionem et investituram, nobis 10 autem asserentibus, cum nostrum esset integrum ius patronatus, quod iure canonico nos electioni eorum deberemus interesse et ipsi abbatiam de manu nostra deberent accipere. Talis litigii disceptatio per arbitratorum sententiam ab utraque parte assumptorum hoc modo decisa est. — — Acta sunt hec anno incarnationis dominice M° . CC° . VIII° ., anno pontificatus domini Innocentii pape XI° , anno electionis nostre II° . Ut autem hec ordinatio 15 rata et inconvulsa omni evo permaneat, duas paginas inde conscribi fecimus et eas utriusque ecclesie sigillis roboravimus.

(SID.)

(SID.)

144.

Landgraf Hermann I. bescheinigt dem Kloster Hilwardshausen, daß sein Getreuer Rudolf allem 20 Rechte auf ein Gut in Kirchworbis entsagt habe. — Zeuge: Graf Friedrich, Bruder des Landgrafen. 1209.

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Hannover. Das beschädigte S., an Pergamentstreifen, = Taf. XI. 4. Phot. H. St. A.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis ipsius favente clementia Hermannus provincialis comes Thu|ringie et palatinus Saxonie. Quia christiana professione 25 censemur, Christi ecclesiis in his, que ad pacem sunt, autorita|tis nostre munimen prestare tenemur. Universis igitur fidelibus tam futuris quam presentibus notum facimus, | quod ecclesia Hildewardeshusen in villa Kirchworuece predium possidet, in quo Rudolfus fidelis noster aliquid sibi iuris vindicare attemptavit. Sed preposito ipsius ecclesie tam per se quam per alios insistente in presentia nostri constitutus omni iuri eiusdem predii 30 renunciavit ita videlicet, ut in omnibus, que prenominata ecclesia in villa predicta in mancipiis utriusque sexus, in agris tam cultis quam incultis, pratis, silvis, paschuis, aquis aquarumque decursibus, viis et inviis, que inpresentiarum possidet vel in futurum iuste possidere poterit, nulla inquietudinis molestia ab ipso turbetur. Ut autem hec rata et inconvulsa omni evo permaneant et inviolabile robur optineant, presentem paginam inde 35 scribi sigillique nostri inpressione signatam firmiter muniri iussimus testibus, qui presentes aderant, subter notatis, quorum nomina sunt: Fridericus comes frater provinicialis. Adelbertus comes de Erversten. Burchardus comes de Mansvelt. Fridericus comes de